Jndi septez ānis. vnde citrini minori tēpore oibus cōseruanē. qꝛ rariores sunt substantie. ꝛ ex prio germine producti. Et omnes qui sumunt mirabolanos timeant borem superuenientē ꝛ non comedant pisces

Potio citrinoꝝ est a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. v. Et infusoꝝ a. ʒ. v. vsqꝫ ad. xx. Et potio kebulorum tritorum est a. ʒ. iij. vsqꝫ ad. iiij. Et infusorum a. ʒ. iiij. vsqꝫ ad. xx. Potio indorum ē sicut kebuloꝝ. Potio vero emblicoꝝ tritoꝝ est ab auē. j. vsqꝫ ad. iij. Et īfusoꝝ ab auē. iij. vsqꝫ ad auē. vi.

De reubarbaro.

Dico ꝙ reubarbarum qū est electuz nō adulteratum neqꝫ examinatum per annos quatuor conseruatur. Preseruatur aūt a putrefactione si superlineaē cuz cera liquefacta solum cum modica terbentina aut cū cera sola. aut si sepelliaē in melle taberzed aut si sepelliaē ꝛ inuoluaē in milio. aut cuz semine psilij. Nota ꝙ reubarbaruz pōt adulterari. unde lege Mesue in cap. proprio de reubarbaro. ꝛ ibi disces cognoscē uerum reubarbaꝝ a falso. Potio eius infusi in eo est a. ʒ. ij. ℈. usqꝫ ad. x. Et potio contricti est a. ʒ. j. usqꝫ ad. iiij.

De cassia fistula.

Dico ꝙ cassia fistula conseruaē per ānuz ꝛ in loco humido. non tū excessiue. Melior aūt cassia fistula est illa que est grauis in pondere ꝛ pinguis in substantia. ac lucens ꝛ nigra in colore ꝛ grossa in canulis ac dulcis in sapore.

Nota tamē ꝙ aliqualiter ledit stomacū ꝛ mouet in uentre tortiones.

De tamarindis.

Dico ꝙ tamarindi sunt dactili acetosi. ꝛ sunt ex fructibus palmaꝝ siluestriuz. ꝛ sunt ex medicinis nobilibus non excedentes in opatione. ꝛ cōseruanē ꝑ ānos tres. Et cauendum ē ne aqua aut alia res mollis ꝛ humida cadat sup eos. qꝛ putrescerent. Modus aūt cōseruādi eos ē ut eos bū strictos ꝛ calcatos in uase uitreo bū obturato reponas ꝛ in loco recenti ꝛ sicco ipsuz uas teneas. Potio. n. eoꝝ ē ab. ʒ. ij. usqꝫ ad. v.

De māna.

Māna est res de celo cadēs sup quasdam plātas. cuius mā est uapor q ellevatur cū accidit digestio ꝛ maturatio i aere qū ē equalis ꝛ fecundus in letis aspectibus. vū aliqū cadit sup lapides. ꝛ aliqū sup arbores. ꝛ cū cadit sup arbores suscipit ꝓprietatem ꝛ ṽtutē ramoꝝ plātaꝝ ac folioꝝ ꝛ floꝝū sup quos cadit. Durat aūt ꝛ cōseruaē per ānuz bū obturato uase. Fumus autem puluis ꝛ pluuia ac omnis hūiditas destruit eaz Falsificatores autem adulterant eam. unde lege Mesue. ꝛ aliquando fit magna adulterata ex zuccaro albissimo ꝛ amido simul. Dosis eius est a. ʒ. vi. usqꝫ ad. xv.

De aqua lactis.

Dico ꝙ aqua lactis est mā infusionuz. ꝛ debet esse recēs bōi saporis ꝛ odoris. ꝛ nō diu teneaē qꝛ cito corrūpiē. Et fit ex lacte iuuenū capraꝝ ꝛ nigraꝝ ꝛ recenter fetaruz ꝛ boni pascui bonaꝝ herbaꝝ. Post hoc est aqua lactis ex lacte ouium. sed caprarū est melior ꝛ efficacior. Dosis eius est ab ʒ. iij. usqꝫ ad. ʒ. vi.

De rosa.

Dico ꝙ rosa est duaruz spetieꝝ. s. alba ꝛ rubea. unde alba est magis frigida ꝛ magis stiptica ꝙ̄ rubea. Rosa uero rubea ē no

bilior alba. cuius succus dum est recens est aliqualiter solutiuus. Et est etiam eius succus calidus in primo gradu propter exclusionem eius a re terrestri. Et rose rubee exsiccate sunt magis stiptice quam recentes. Et rose rubee incomplete sunt magis frigide et magis stiptice quam complete. et semen earum est adhuc fortius in frigiditate et stipticitate. Conseruantur autem rose vsque ad annum. et similiter succus earum vsque ad annum. sed vt melius a putrefactione reseruetur parum olei fundendum est super eo in fiala vel in vase in quo reponitur. deinde obturetur obturatione vltima ne exallet virtus eius. Potio succi rosarum est ab. ʒ. j. vsque ad. ij. cum zuccaro. Et potio syrupi facti cum succo earum est ab. ʒ. ij. vsque ad. v.

De violis.

Dico quod viole sunt medicina temperata conuenientes. et est ex primis floribus veris. et debent colligi de mense februarij quando non inuenitur calor aut pluuia dissolluens dissipans virtutem eius. Frigida est et humida in primo gradu. que vero est sicca est minus frigida et minus humida. Succus eius est lenitiuus nature. Conseruatur autem sicut succus rosarum per annum Et similiter viole sicce conseruantur vsque ad annum et non vltra. In capite vero anni renouari debent. abijciendo antiquas reponendo nouas. Potio earum est. ʒ. ij. vsque ad. iiij. Et conditi earum ab. ʒ. j. s. vsque ad. iij. et iulep earum ab. ʒ. iij. vsque ad. vi.

De absinthio

Dico quod melius absinthium est romanum et precipue quod est remotum ab odore et a pontia maris. quia vapor maris resoluit virtutem que est in superficie foliorum eius. Est autem absinthium ca. in primo gradu. et siccum in secundo. Conseruatur autem per annum. Colligi autem debet de mense aprilis de mane ante ortum solis et non in meridie dum sol reuerberat ipsum. quia tunc a calore solis virtus superficiei foliorum eius aliqualiter resoluta. Dosis eius decocti aut infusi. Potio est a. ʒ. v. vsque ad. vij. Et pulueris eius a. ʒ. ij. vsque ad. iij.

De sticados.

Dico quod vtilis et melius est sticados arabicum et meliores sunt flores. Calidum est in primo siccum in secundo gradu. Et conseruatur per annum aut duos ad plus. decoctionis eius. potio est ab. ʒ. v. vsque ad. vij.

De fumo terre.

Dico quod fumus terre est ex medicinis benedictis. cuius abundantia minuit eius preciositatem. et est solutiuus nature. Melior est cuius herba est viridis. et cuius folia sunt plana et tenera. cuius flos est sub violaceus Crispus vero non est bonus. collectionis tempus melius est in principio veris. eius vero semen in fine ueris colligitur. De complexione uero eius. aliqui dicunt quod est frigide complexionis in primo. sed secundum ueritatem declinat ad latus caliditatis. et licet caliditas sit in eo minor frigiditate. tamen est in superficie dominans. et est siccus in secundo. Et semen eius calidum inter omnia simplicia mundi non reperitur ei par. in mundificando sanguinem. et precipue si succus eius bibitus fuerit calidus cum zuccaro vel commixtus cum aqua lactis. Succi ipsius est potio ab ʒ. s. usque ad. ij. Et decoctionis eius ab. ʒ. x. usque ad. xv. Et puluis eius a. ʒ. iij. usque ad. v.

De eupatorio.

Dico quod eupatorium secundum salernitanos est saluia siluestris. secundum serapionem est canparia. non quidem illa ex qua fit canapa ad modum lini. sed ideo canaparia dicitur quia ad illius similitudinem producit folia. Secundum uero Mesue est herba longitudinis cubiti amaritudinis multe. folia cuius sunt sicut folia centauree minoris viridia. sed sunt aspra et incisa. etc. Colligitur in fine ueris. et est melior operatio succi eius et etiam in uere. ca. est in primo sic. in secundo. Conseruatur autem per annum tam herba quam succus eius. decoctionis eius. potio est ab ʒ. iiij. usque ad. vi. Et puluis eius a. ʒ. ij. usque ad. iij. Et loco eius ponitur in defectu ipsius absinthij et assari ana medium ponderis ipsius.

De epitimo.

Dico quod epitimum dicitur quasi supra thimum nascens. Est enim ex herbis super excrescentibus alijs plantis et quasi est filius cuscute. et aliquando excrescit super balasce. et aliquando super species origani. et est duplex ortense et syrum. Et complexionis ca. et sic. in 2º licet Gal. ponat ipsum ca. in 3º. Conseruatur autem per annum et non ultra. Potio eius in decoctione est. a. ʒ. v. usque ad. xx. Et puluis eius a. ʒ. iij. usque ad. vij. Ille autem qui sumit uitet acceptionem eius in estate.

De ysopo quod uocatur basce.

Dico quod quidam dicunt quod est ysopus ortensis. Alij dicunt quod est una ex speciebus origani ca. complexionis et sic. in 2º gradu. et conseruatur per annum Dosis eius decoctionis est a. ʒ. v. usque ad. x. Et pulueris eius a. ʒ. ij. usque ad. iiij.

De ysopo montano

Dico quod ysopus est duorum modorum. scilicet ortensis et montanus. durat et conseruatur per annum. decoctionis eius. potio est a. ʒ. vi. usque ad. x. Et pulueris eius a. ʒ. iij. vsque ad. vij.

De prunis.

Dico ꝙ prunoꝝ q̄dā danť ad alterandū ⁊ quedā ad soluendū.vn̄ alba ⁊ citrina ad opus medicie nō valēt.Et ex eiś sť muza.i. medij saporis inť acrē ⁊ dulcē.Et hec dantur magis ad alterandū sanguinē ⁊ colerā ⁊ ca.humores.Et sunt ex eis dulcia.⁊ hec danť magis ad soluēdū. sed vtraqꝫ tā muza q̄ꝫ dulcia alterāt.sed muza magis ⁊ utraqꝫ solutionē leuē faciāt. sed plus ⁊ minus. qꝛ muza minus ⁊ dulcia magis ⁊ humida plus lubricāt q̄ꝫ sicca. Damascena vō ⁊ armena in oibꝰ illis sunt fortiora. dulcia sunt fere tēpata inť caliditatē ⁊ frigiditatē.sꝫ magis declināt ad frigiditatē ⁊ sunt hūida in 2º. Muza uero sunt frigida i prinº secūdi. ⁊ oia sunt refrigeratiua.nocēt stō.sunt pauci nutrimēti Cōseruāť aūt p ānuꝫ.Potio aq.i.decoctiōis eaꝝ est circiť lib.i. cum zuccaro.

De psillio.

Dico ꝙ psiliū est de alterantibꝰ faciētibꝰ solutionē.⁊ ē triplex albū.subnigrū. ⁊ purp reū.melius aūt est illud qđ est grossū cōpletū graue.ita quod submergiť in aqua.habet aūt psiliū cōplōnē diuersaꝫ i duabꝰ substantijs eius q̄ separi possunt. qꝛ in cortice exteriori est frigide ⁊ hūide cōplōnis in 2º. gradu ƀm dya. Sba.n.eius medularis est ca.⁊ sic.in.4º. gradu ⁊ acuta vehemeni rubificās rubificatiua ⁊ incisiua.Cōseruatur aūt ab vno āno usqꝫ ad duos.Potio ipius est a.ʒ.j.usqꝫ ad.ıij. Timeat aūt ipsuꝫ hūs debilitatē viscerꝫ. Nō ꝙ in p̄dicto capº de psilio videť esse discordia inť ruffum ⁊ dyascoridez.de cōplone psilij. qꝛ dicitur a Mesue quod sba exterior extensa sup corticez est ex multū infrigidātibus.⁊ dixit ruffus quod est frigida ⁊ hūida in tertio ⁊ excessit.⁊ dicit dya.quod est in secūdo illud ē verius. Inquit.n.ypo.in epidimijs quod non elleuať res frigida iūcta cum hūiditate supra secundū gradū .⁊ dicit Gal.quod hūida res nō transgrediť metham vsqꝫ ad quā pōt regimen hominis extēdi.pp quod non inuenimus humidū esse causaꝫ doloris inquātū humidū.sed inq̄ꝫtū pōt esse cū mā i q̄ꝫtitate sua moueť ad ꝯtinui solutōeꝫ ⁊c̄.

De capillo veneri.

Dico quod capillus ueneris q alijs nominibus dicitur coriandrum putei uel capillus fontiū vel capillus hominis nemoralis vel capillus porcinus ponitur tempate cōplexionis a Gal.⁊ vix conseruať p ānum. qꝛ est subtilis ⁊ rare sbe Potio decoctōis eoꝝ qn̄ queriť per ipsoś soloś pvētrē.est circit lib.j.

De assaro.

Dico quod assarum est radix herbe aromatice que assara baccara diciť.⁊ est ca.⁊ sic.in tertio gradu.lꝫ dya.dicat ueriuś.qꝛ ē ca.in secūdo ⁊ sic.in tertio.⁊ est magis prouocatiuū ⁊ subtiliatiuū ⁊ aperitiuū opillationum q̄ꝫ solutiuū.Conseruať aūt per ānuꝫ Dosis eiꝰ infusiōis ē ab auŕ.ij.usqꝫ ad.iiij. Et pluis eiꝰ a.ʒ.i.usqꝫ ad auŕ.ij.

De gall.

Dico quod galloꝝ electio sumitur a quatuor conditionibus. Primo a colore.quia ruffus est melior alijs. Secundo ab etate.quia q̄ꝫto antiquior.tāto melior. Tertio a motu. quia ille qui est uelocior est melior ⁊ calidior. Quarto a coitu.quia si sit fortis in coitu in dimicando.quia si fortiter dimicatur fortiter coyt. Potō iuris galli ē circiter lib.ij.

De volubili.

Dico quod uolubilis est plurium spēruꝫ scdm Mesue.sed magna magis preualet oibꝰ.nisi quod apit orifitia uenaꝝ ⁊ educit sanguinē ⁊ multū extēuat. qꝛ sꝫ ex vltia spē uolubil.s.ex quarta spē volubil fit scāonea .s.ex lacte eiꝰ coagulato. ⁊ ē pnitiosa. lege Mesue inť p̄dictas spēs hūs folia citruli cuiꝰ flos est sic āpule adherētes adinuicem ⁊ uocaf lupulꝰ.⁊ ē valde mūdificatiuꝰ sāguinis.magna vō facit flores albos strictos in principio ⁊ latos in fine ad modum tube.⁊ hēt lac.Potio decoctōis magne ē circiť .ʒ iiij.Et infusio eiꝰ in aqua casei ē circiter.ʒ. iiii.lupuli vō infusionis in aqua casei.potō est circiter lib.i.

De scamonea.

Dico quod scamonea est solutiuum magnū.quia solutiuū solutiuoꝝ.qꝛ est solutiuū ātonomasice.i. p excellētiā.⁊ ē gnālꝰ sup oia solutiua.Fit aūt ex succo eiusdē spēi uolubil.Cuiꝰ folia sť in modum sagitte alate. Nasciť aūt in anthiochia ⁊ armenia ⁊ corasceni.⁊ in ptibꝰ arabie ⁊ ƀchie.sꝫ ātiochena p̄ualet alijs.vn̄ lege in mesue. qꝛ ibi oia latiꝰ repies.Sꝫ nō quod bona scamōea dꝫ hřē septē ꝯditōeś. Prio ut in colore sit cinericia ⁊ subpallida. 2º i tactu ut sit frāgibil 3º ut sit lacticinia p applicationē ipiꝰ ad liguā ut resultet lac ex tali tactu ligue cū saliua 4º quod sit leuis i pōdē. 5º quod sit boni odoris 6º ꝙ sit anthiocēa 7º quod sit antiqua nō recēs. Vlterius nōndum

est ꝙ ipsa scamonea hēt quinqꝫ nocumenta. Primū est ꝙ ledit stomacū et cor. Secundo generat ventositatē mordicatiuā. Tertio generat caliditatem ⁊ inflāmationē excessiuā. Quarto excoriat intestina. Quinto ꝙ eius impressio est supra virtutes ⁊ mēbra. Corriguntur aūt ista nocumenta si cum mastice ꝑparentur. ⁊ melius si decoquatur in citonio. ⁊ fiat diagridiū. Conseruatur aūt ānis xij. Dosis eiꝰ ē a gnis. v. usqꝫ ad. xij.

De turbith.

Dico ꝙ turbith est radix herbe cuius folia sunt sicut folia ferrule. minora tñ. ⁊ ē ca. in tertio gradu. Et turbith bonū debet habere septem ꝓprietates. Primo ꝙ sit cādidūm. Secundo ꝙ sit vacuū ⁊ arundinosum. Tertio ꝙ sit gūmosuz. Quarto qđ cortex sit cinericius. Quinto ꝙ sit planum nō asperꝝ. Sexto ꝙ sit recens. Septimo ꝙ sit facile frangibile. Itez nocumēta turbith principaliter sunt tria. Primo quod generat ventositatē. ⁊ est tarde solutionis. ⁊ hoc tollit mixtio zinziberis cū eo. Secundo ꝙ causat nauseam ⁊ subuersionez in stomaco. ⁊ hoc tollit medicina cōfortās eū sicut mixtio. masticis. ⁊ gallie aromatice.

Tertiū est ꝙ exsiccando corpus in principio nauseare facit. ⁊ hoc tollit zuccarū ⁊ ⁊ oleum amigdalaꝝ dulcium. Cōseruatur aūt turbith ānis quatuor ⁊ vltra. Dosis eius pulverizati ⁊ contriti est a. ʒ. i. vsqꝫ ad ij. Et decoctionis eius a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. iiij.

De agarico.

Dico ꝙ agaricus est duplex. s. masculus ⁊ femina. sed femina est melior. qꝛ masculus est longus niger ⁊ grauis durus habēs neruos in confractis suis. Sed femina est laudata in sex ꝓpetatibꝰ. Qꝛ ꝑmo debet esse albissimus. Secūdo leuis. Tertio vehementer frāgibilis. Quarto porosus. Quinto ꝙ gustui in ꝑncipio appet dulcis. deide sequatur amaritudo. Sexto ꝙ sit stipticꝰ aliqualiter. est ca. in ꝑmo. sic. in secūdo. ⁊ ipse ē ex medicinis magni iuuamēti. ⁊ nascitur ꝓpe magnas arbores qbꝰ iā ex antiqtate cecidit corrosio ⁊ putrefactio. ⁊ est eiꝰ generatio sicut generatio fungoꝝ. ymo qdam extimauerunt ꝙ sit fungus. ⁊ ita videtur. ⁊ est medicia familie ꝫm democritū. ⁊ cōfert oibꝰ etatibꝰ ⁊ in omni tpe. ⁊ est medicina oīuz opillationum. Cōseruatur aūt p ānos tres vsqꝫ ad quatuor dūmō ab hūiditate pulueꝝ ⁊ fumo ꝑseruetur. Dosis eius est pulverizati cōtriti a ʒ. i. vsqꝫ ad. ij. ⁊ i ꝯcoctōe a. ʒ. ij. vsqꝫ ad. v.

De colloquintida.

Dico ꝙ collogntida ē cucurbita deserti q̇ nascitur in plāta. quā ēt fel terre uocāt. eo ꝙ in toto ābitu ortꝰ eiꝰ iterficit hbas. ⁊ ē sic uenenū eis. vñ arabes appellāt necē plātaꝝ a terra sup quā iacet videtur sicut adusta. Et folia eius sūt silīa folijs cucurbite. ⁊ sic extēduntur sup terrā. ⁊ est duplex. s. masculus ⁊ femina. masculꝰ est gūis cū duricie attinens aspitati ⁊ nigredini. sꝫ femina ē sapientibꝰ magis laudata. ⁊ est ut habeat has ꝓprietates ut ꝑmo sit grossa. 2º. sit leuis. 3º. ꝙ sit cōplete maturitatis ita ꝙ nūqꝫ colligatur imatura. 4º. ꝙ interius sit pulposa ⁊ rara ac leuis. 5º. ꝙ sit albissima. 6º. ꝙ qñ planta eiꝰ hēt vnā solā collogntidā abijciatur. ⁊ nullo mō colligatur. ⁊ est ca. ⁊ sic. cōplōnis i tertio. Nocumēta aūt collogntide sūt quatuor ⁊ ꝑmū ꝙ infert nocumētū stō. cordi. ⁊ epati. Secūdū est turbatio ⁊ inflatio atqꝫ subuersio vētris. ⁊ oīuz itestinoꝝ. Tertiū est apitio venaꝝ cū samguis euātōne. Quartū ē visceꝝ ⁊ venaꝝ excorriatio. ⁊ nō ē plīuerizāda i vltio nec subtillissime qꝛ excoriaret viscera ⁊ venas. Cōseruatur aūt per ānos tres ⁊ vltra si in debito loco reponatur. Dosis ipsiꝰ ē kirat. vi. usqꝫ ad. x. Qui aūt sumit ex ea tieat frigꝰ ⁊ estū.

De polipodio.

Dico ꝙ polipodiū ē radix cuiusdā plāte q̇ diuersificatur i ortu suo. qꝛ aliqñ nascitur sup arbores q̇rcinas. vñ pp h grecꝰ noiauit filicē arboꝝ. qꝛ i folijs silatur filici. ⁊ aliqñ nascitur sup lapides. sꝫ qđ nascitur i arboribus. ⁊ maxie quercinis ē ꝑfectior. qꝛ lapideū hēt hūiditatē supfluā ⁊ idigestā causās vētositatē. nauseā. ⁊ subuersionē. ⁊ ē ca. i 3º. ⁊ sic. in 2º. ⁊ qđ nascitur in arboribꝰ glādiuz oꝫ habere sex ꝓprietates. Et ꝑmo ꝙ sit quercinū. 2º. ꝙ sit grossū. 3º. ꝙ eiꝰ color aliqualiter ꝑticipet nigredine ⁊ rubedine. sed paꝝ. 4º. ꝙ eiꝰ cōfractū sit sicut color fistici. 5º. ꝙ in eo sit aliqd arōaticitatis. 6º. ꝙ in eo sit dulcedo cū aliquali stipticitate relinquēs ex gustu ex amaritudine aliqd. ⁊ ꝑcipue qñ ē recēs. Corrigitur aūt eiꝰ vētositas miscēdo cū eo amsū. vl semē feni. aut paꝝ zinzib. Cōseruatur aūt usqꝫ ad ānuz. ⁊ valde ꝓfert ydropicis. siccatur ad umbrā. Dosis eius ē a. ʒ. ij. usqꝫ ad aureos. iiij.

De sqlla.

Dico ꝙ squilla idem est ꝙ cepe muris.

ꝛ ſicut dicit Gal. duplex eſt eius iuuamētū
q̄ꝛ ſolutione educit mās. ꝛ cū hoc preparat
eas ad ſoluendū. ꝛ illa eſt melioꝛ q̄ hēt pa/
rum. i. ſotiā. que. n. ſola naſcit̄ ē venenoſa
ſicut dicit̄ ꝛ q̄ naſcit̄ in locis liberis eſt meli
oꝛ. ꝛ eſt ca. in tertio. Et nō ſcindit̄ cū cultel
lo ferreo. ſed ligneo. ꝛ nō capiant̄ ptes ex/
treme ꝛ exterioꝛes nec medulū. q̄ꝛ nō valēt
ſed partes eius mediocres q̄ hn̄t ſplendoꝛē
ꝛ cōſumunt̄ filo ſepatim ſumat̄. ne vna ps
aliam tangat. ꝛ exſiccent̄ ad vmbrā diebus
40. poſtea ex eis fiat acetū ſqlliticum ꝛ lo/
hoc de ſqlla. Cōſeruat̄ aūt ſuſpēſa ānis du
ob᷒. plāta vero in terra durat ānis. x. Po
tio. n. aceti eius ē a. ʒ. v. vſqꝫ ad. xij. Et oxi
mell̄ ei᷒ ab aure. vi. vſqꝫ ad. ʒ. iij. ꝛ trociſcis
eius a. ʒ. ij. vſqꝫ ad. iiij.

De hermodactilis.

Dico ꝙ hermodactilus eſt radix herbe
mōtane. ꝛ eius alius eſt lōgus ſicut digitus
alius eſt rotundus. ſꝫ rotūdus eſt de quo lo
quimur. ꝛ eius alius eſt albus. alius eſt ru
beus alius niger. Melioꝛ eſt oībus debet
habere tres ꝓpꝛietates bonas. Pꝛimo ꝙ
ſit albus. Secundo ꝙ habeat verā albedi/
nem intus ꝛ ex̄. Tertio ꝙ ſit groſſi᷒ medio
cris duriciei. rarus vero laxuſ ꝛ leuis debi
lis eſt. Rubeus vero ꝛ niger penitus mali
ꝛ euitādi. ꝛ q̄ naſcit̄ ꝓpe ſquillā. aut pꝛope
raffanū meliorat̄ in cōditiōibus ſuis. ꝛ col
ligi debet tpe veris potius ꝗꝫ alio tpe. ꝛ iſti
ſunt melioꝛes q̄ ſunt exſiccati p mediū ānū
ꝛ in illis eſt humiditas ſupflua diſpoñēs ad
tria nocumēta q̄ facit. ſed ciminū. maſtix. ꝛ
zinziber tollūt ab eo nocumēta dicta. ē ca.
ꝛ ſic. in ṗncipio ſecūdi. lꝫ in eo humiditas
accidētalis ſit ſupflua q̄ inimicat̄ ſtomaco.

Cōſeruat̄ aūt ānis tribus ſi remotus fue
rit ab humiditate ꝛ puluere. Pꝛo quo no/
tandū eſt ꝙ ſi añ debitā exſiccationē repo/
nant̄ imediate putreſcūt. Doſis eoꝝ ē ab
aure. j. vſqꝫ ad. ij.

De yreos.

Dico ꝙ yreos eſt radix herbe ſm̄ grecū
q̄ lilialiſ dr̄ cuiuſ due ſūt ſpeties. Quaꝝ vna
floꝛē facit purpureū habentē gradationem
diuerſitatis in purpuratiōe. ſicut hēt arcus
terroꝛis q̄ arcus dicit̄ yris. ꝛ ad ſimilitudi/
nem illius vocatus eſt yreos. Et alia ſpēs
eiuſ facit floꝛē albū. purpureus eſt ca. ꝛ ſic.
in ſecūdo. Melioꝛ ps plāte eſt eius radix.
deīde flos e᷒ purpureus q̄ ē oīb᷒ m̄lioꝛ albo
ꝛ meli᷒ tēpus collectiōis radicū. ꝛ floꝝ ei᷒
eſt tēpus veris. Succus radicū eius valde
ꝓdeſt cōtra ydropiſim ſed nocet ſtomaco
ſed coꝛrigit̄ cū aqua lactis ꝛ melle cū pau/
co maſtice. Exſiccant̄ eius radices ad vm/
brā ſute cum filo. ita ꝙ vna non tāgat aliā.

Conſeruat̄ aūt p ānos duos ſi pꝛeſeruet̄
ab humiditate ꝛ puluere. Doſis ei᷒ eſt a. ʒ.
ij. ſ. vſqꝫ ad. vi.

De cucumere ſilueſtri.

Dico ꝙ cucumer ſilueſtris. i. aſininus ē
fructus ſicut cucumer paruus aſpitatis ple
num eſt ꝛ amaritudinis vere. ꝛ eius plāta
folia hēt ſimilia folijs cucumeriſ tñ aſpioꝛa
Melioꝛ pars plante ē fructus ipſiuſ bene
maturus cōpletus ꝛ citrinus in quo nulla
ſit viriditas. ꝛ poſt ipſum fructū ē radix in
bonitate. ſed fructus eius incōpletus eſt ma
lus ꝛ pnitioſus educēs ſanguinē ſolutione

Cucumer ipſe ſilueſtris eſt ca. ꝛ ſic. cōple/
xionis in tertio. ꝛ aliqui dicūt ꝙ eſt foꝛtius
ſolutiuū ꝗꝫ ſcamonea. q̄ꝛ excoꝛriat ꝛ aperit
venaꝝ oꝛificia. vnde generat crudeles toꝛti
ones ventris. ꝛ facit ſolutionē cū anguſtia.
ꝛ eſt tarde operatōis. ꝛ emēdant̄ eius nocu
menta ſi cū ſucco eius adiūgat̄ aliquid de
bdellio. aut ex dragaganto. aut ſi pꝛopinet̄
cū lacte dulci recenti. aut cū aqua mellis. ꝛ
facilitatur eius operatio ſi paꝝ ſalis gēme
miſceat̄ cum ſucco eius. Et ſpeties alleſan
gine addūt vigoꝛem virtuti ipſius. Et con
ſeruat̄ ſuccus eius triēnio. Radix vero
eius conſeruat̄ annis ſex. lꝫ recens melius
operet̄ ꝗꝫ ſicca Colligit̄ aūt ſuccus in eſta
te. ſ. in fine iulij in diebus canicularibus.
Doſ ſucci eius eſt a granis. x. vſqꝫ ad. ʒ. i.
ꝛ pulueris radicis eius eſt a ḡnis. xv. vſqꝫ
ad. ʒ. ſ. Et aque decoctiōis radicū eius ē
a. ʒ. ij. vſqꝫ ad. iiij.

De centaurea.

Dico ꝙ centaurea eſt duplex. ſ. maioꝛ ꝛ
minoꝛ. vtraqꝫ ē amariſſima. ſꝫ minoꝛ amari
oꝛ ē maioꝛi. vñ a q̄buſdā fel terre dicitur. ꝛ
minoꝛ ē melioꝛ in oī re. cui᷒ floꝛes ꝛ ſtipites
hn̄t coloꝛē citrinū ꝛ palearē. Et melioꝛ ps
plāte ſt̄ floꝛes ꝛ ſeia ipi᷒. Et meli᷒ tpūs col
lectōis ei᷒ ē ṗncipiū eſtatꝭ. eſt ca. ꝛ ſic. in 2°
ſꝫ ruffuſ dicit ī ṗncipio tertij. Doſ ei᷒ ē a ter
tia pte vnı᷒. ʒ. vſqꝫ ad. ʒ. j. ſ. Et ī decoctōi
bus ab. ℥. j. vſqꝫ ad. iiij. Cōſeruat̄ p ānuꝫ.

De cartamo.

Dico ꝙ cartamus eſt duoꝝ modoꝝ. ſ. do/
meſticus ꝛ ſilueſtris. ſed domeſticus eſt me
lioꝛ. ꝛ dicitur crocus oꝛtenſis. Et me
lioꝛ pars plante eius eſt ſemen. deinde flos

Et illud est melius semen quod est albū planum ⁊ grossum ⁊ plenum. cuius medulla ē vnctuosa ⁊ pinguis valde ⁊ cuius cortex est subtilis. ⁊ melior flos est q est sicut pilli croci. ca. est in primo ⁊ sic. in secundo. Est aūt semen eius aperitiuū. abstersiuū. ⁊ conturbatiuū faciens nauseaȝ. vnde inest ei virtus educendi per vomitū ⁊ per secessum. i. per ventrē ⁊ multum nocens est stōaco. Et emendaṫ eius nocumentū miscendo cuȝ eo anisum galangaȝ. macem. ⁊ cordumenum. Dosis eius est a. ȝ. iiij. vsq ad aureos. v. ⁊ floris eius a. ȝ. i. vsq ad aure. ij. Conseruaṫ aūt cartamus. s. semen ei⁹ ānis tribus.

De kerua.

Dico q granū albemesucb. i. kerua ē duplex. s. magnū ⁊ paruū. magnū est in magnitudine fructus auellane. ⁊ paruū est sicut cicer. meguū est incolume bonū. paruū vero est malum. magnū est ca. in principio tertij ⁊ siccū in secundo. Et paruū non adminiſtraṫ nisi in emplastris ⁊ fricationib⁹. Et oleum ipsius in unctionibus educit per vomitum ⁊ per ventrē flegma crudū ⁊ grossū ⁊ facit nauseam ⁊ subuersionē ⁊ assaṫ. ⁊ sic corrigiṫ eius būiditas superflua si miscetur eo anisū ⁊ feniculū. ⁊ rectificaṫ eius nocumētum. Conseruaṫ aūt ānis plurib⁹. Dosis est a. ȝ. ʒ. vsq ad. ȝ. j. ʒ.

De lapide armeno.

Dico q lapis armenus ſm Alexandrū q verificatores. i. philosophi dixerūt ipsuȝ habere prerogatiuā ⁊ pncipatū in educēdo colerā nigraȝ. ⁊ opatio eius est icolumnior ⁊ solemnior elleboro nigro ⁊ virtuosior lapide lazuli. ⁊ ille est melior qui habet colorē mediū inť viridē ⁊ obscuꝝ terreū ⁊ iduȝ ⁊ habet maculaꝝ distinctiones virides ⁊ nigras. ⁊ qui nō ē in termino lapidis. s. in duricie. ymo est facile dissolubilis ⁊ puluerizabilis ⁊ est lenis in tactu carens asperitate. ⁊ est ca. cōplexiōis in principio secūdi siccus in primo. ⁊ est resolutiuus ⁊ abstersiuus. ⁊ est ex cōturbantibus ⁊ subuertentib⁹ stomacum. ⁊ educit p vomitū ⁊ per ventrem nocet stomaco valde. ⁊ facit subuersionē ⁊ soluit cū angustia. nō lotū soluit per vomitum ⁊ p ventreȝ cū labore ⁊ molestia. Ars aūt lauandi ipsuȝ poniṫ a Mesue. Requiraṫ igiṫ modus lauandi ipsuȝ educit melācoliā seu colerā nigrā. vnde mundificat cerebruȝ ab ea. ⁊ valet in mania melācolia virtigine scotomia. ⁊ epilensia. ⁊ egritudinibus timoris ⁊ suspitionis ⁊ ad leprā ⁊ egritudines splenis ⁊ ad cancrū ⁊ morphea nigrā ⁊ ad febres melancolicas. Dosis eius non loti est a. ȝ. ʒ. vsq ad. j. ʒ. sed loti est a. ȝ. j. vsq ad. ij. Conseruatur aūt ānis. x.

De lapide stellato.

Dico q lapis stellatus est ď genere marmorū habēs maculas ex auro. ⁊ ei⁹ alius est alb⁹. ⁊ dř marchesita. ali⁹ vero clarus celestis. ⁊ vocaṫ lapis lazuli. ⁊ qñq minera fert vtrūq simul. melior est cuius color est viridior in colore lazuli ⁊ hēt maculas aureas. Et mixtus cū marchesita est non bonus. ⁊ similiter leuis. Est aūt ca. in secūdo siccus in tertio. Nocumēta eius sunt. q2 est adbustiuus vlceratiuus ⁊ putrefactiuus abstersiuus ⁊ incisiuus. ⁊ in non loto est ꝓprietas abradendi pillos. totus aūt conseruat ⁊ ꝓlōgat eos ⁊ generat pillos in palpebris In eo sunt nocumenta q̄ sunt in lapide armeno. ⁊ expedit tollere nocumēta eius similiter cū adustione sicut in armeno. De trituratione etiā sustinet plus q̄ȝ lapis armen⁹

Educit melancoliā ⁊ humores adbustos ⁊ mūdificat neruos ⁊ sanguinē ab eis. Et non lotus educit p vomitū hūores grossos ⁊ melancolicos. Cōfert egritudinib⁹ cerebri ⁊ cordis. sicut ē epilensia. mania ⁊ melia quaꝝ materia est humor melācolicus. ⁊ cōfert iuuamētū magnum egritudinibus timoris ⁊ tremori cordis ⁊ sincopi. ⁊ ꝯfortat cor dillatat aiam ⁊ mūdificat pectus ⁊ pulmonem. ⁊ est ex rebus cōfortantib⁹ iuuētutē ⁊ letificātib⁹ vitā. Et ipse qdē ꝯseruat alepra Et suppositus educit mēstrua. ⁊ daṫ patiētibus febres mřicas ⁊ curat eas. Et valȝ ei⁹ vsus ad emoroydas. Dosis eius ē a. ȝ. j. vsq ad. ij. ʒ. Conseruatur aūt ānis tribus ⁊ vltra.

De sene.

Dico q sene ē folliculus plāte. quā pses noiant abalzemer vł alzechinor. ⁊ ei⁹ ortus ē ſȝ semitā orobi. ⁊ inueniṫ ex eo domesticū ⁊ siluestre. Melior ps plāte ei⁹ ē folliculus deinde folia. calida est in principio secundi sic in primo. Et folia sunt calida in primo ē abstersiuū ⁊ mūdificatiuū ꝯueniens ⁊ resolutiuū ē ďbilis solutōis ⁊ debilitat stōacū ſȝ cōfortaṫ ei⁹ opatio cū aromatib⁹ acutis. ⁊ ꝓprie cuȝ ȝinȝibere ⁊ salegēma. ⁊ melius operatur cuȝ brodio gallinaꝝ aut aliarum carniū laudabiliuȝ. ⁊ soluit sine molestia so

lutione sua. Educit cum facilitate melam et coleram adustam. et mundificat cerebrum et cor et epar et splenē et membra sensuum et pulmonem et aperit opillationes viscerum et conseruat ventrem eo in iuuentute. et generat gaudium. qr causam tristitie amputat. et corroborat auditū. et est medicina bona febrium melācolicaꝝ et antiquaꝝ. Dosis infusionis ei⁹ est ab aure. ij. vsqꝫ ad. ʒ. j. Et puluis eius a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ij.

De salibus.

Dico ꝙ sales famose speties sunt quatuor. s. sal panis. i. sal comune. et salgēma. sal napticus et sal indus. Sal panis. alius mineralis durior et amarior. ali⁹ marinus quē si aqua inuenit facile dissoluit. Salgēma uero est sicut cristallus scindibilis. Sal indus. alius est subniger. alius ruffus et obscurus. Sal napticus quoqꝫ niger est habens odorē napte. qr orribilem. Electio mineralis et fortior marino. et salgēma eis. et sal napticus illis. Indus aūt fortior ē omnibus Et omnis sal quanto amarior tanto fortior Est aūt omnis sal ca. et sic. in secūdo. et quāto amarior vel salsior. tanto calidior et sicci or. et omnis sal est sicut calcar aliaꝝ medicinarum cum quibus miscet. qr facit eas celerius et citius operari. Et omnis sal educit grossos humores flegmaticos et viscosos. et preseruat corpus a putrefactione. valet ad lepram et ad egritudines melācolicas. veꝝ non administrant sales per se. sed ponunt in confectionib⁹ pp illud quod diximus. et ponunt in pillulis et enegmatib⁹ et collirijs et alijs medicinis administrationū. Sal maris conseruat paꝝ. qr ab humido resoluit. sed mineralis qr durior magis durat. quia per menses. Salgēma vero in furfure diu conseruat. et similiter sal indus. qr p ānos duos et vltra. et similiter sal napticus.

De bauracb.

Dico ꝙ bauracb est quasi sicut sal nitro sum valde. et aliud est minerale. aliud artificiale. Et minerale diuidit. qr aliud armenū. Aliud affricanū. Aliud romanū. Aliud egiptiū. et omne bauracb est fortius quacūqꝫ spetie salis predicte. et similes habet operationes sed fortiores. Et cōseruatur bauracb in furfure. ānis pluribus.

De sarcocolla.

Dico ꝙ sarcocolla est gūmi arboris que est sicut fructus. et ē spinosa. cuius rami sūt nodosi collecti ab arbore. et colligitur ex ea gūmi. et eius aliud albū sicut thus. et aliud subcitrinum. fortius tamen est sub citrinum albo. et quod est amarius est melius est ca. complexionis in secundo. sed non est tantū sicca. qr siccitas est minor caliditate sua est tarde solutionis et conturbat stomacū. vigorat autem eius operationeꝫ ʒinʒiber et cordumenū educit flegma crudum et humores grossos. et ꝓprie qn̄ ē in iūcturis. Dosis ei⁹ est a. ʒ. i. vsqꝫ ad. ij. Conseruatur auteꝫ quatuor annis.

De Serapino.

Dico ꝙ ē gumi balasce vndeq. et ē arbor similis oleandro montāo. Melius serapinum est cuius color est inter subrubeum et subalbidū. et quod habet odorem porroruꝫ et quod est facile resolubile in aqua et quod est clarū cū spissa substantia. et quod est leuius melius est. et quod est in vehemētia odoris asse. neqꝫ habet odorem galbani. ipsum enim est sic adulteratum. et est ca. in tertio sic. in secūdo. Nocet mirabiliter stomaco et epati. sed nocumenta eius tollunt ꝓprie mastix. spica. et enula sigillat ei ꝓprietatem mirabilem ad ea que oporter. Educit humores viscosos et flegma grossuꝫ et aquā citrinā. Et suppositū ꝓuocat mēstrua. et interficit fetū. et cōfert dolori matricis et ꝑfocationi ipsi⁹. Dosis eius est. ʒ. ꝭ. vsqꝫ ad aur. j. Cōseruat aūt vltra sex ānos.

De euforbio.

Dico ꝙ euforbiū ē gūmi excedēs oīa genera gūmi in calefaciēdo et subtiliādo. et ē ex rubificantib⁹. et est ex arbore desertoꝝ locoꝝ et hispidoꝝ. et illud est melius qđ ē leue frāgibile habēs colorē paleaꝛē et claꝝ qđ ē vehement̄ acredinis et odoris valde acuti et ꝙ iā trāseat ānuꝫ. qr recēs āni est sicut venenū. et sicut ignis. et ē ex gūmis q̄ dissoluūt ē ca. et sic. in quarto gradu. et est calidius et subtilius omni eo, qđ calefacit ex gūmis. et est de faciētibus operationem cum labore et angustia vehementi et perducenti ad sincopim et sudorē frigidū. Est inimicū cordi et epati et stō pp vehemētiā ꝟtutis sue. Tollit aūt et rectificat h̄ nocumētū si ponat in isusiōe i oleo amigdalino dulci et succo acetositatis citri. deide in succo liqricie educit flegma viscosuꝫ et grossuꝫ a locis ꝓfundis et est mundificans iuncturaruꝫ vacuitates ab hūoribus grossis difficilis eradicationis.

nec est ei res similis ad hoc. ⁊ mundificat
neruos ex humiditatibus imbibitis in eis
⁊ dissoluitur in oleo de keyri. ⁊ inūgitur cū
eo. ⁊ confert egritudinibus neruoꝝ frigidis
sicut ē palesis. stupor ⁊ turtura. ⁊ spasmus
Dosis eius est alkirat. j. vsqꝫ ad. iij. Cōser
uatur aūt quadriēnio. Recens aūt āni sui
est perniciosum. Ille aūt qui sumit timeas
frigus. Conseruatur aūt ne cito senescat se
pelliendo in milio vel fabis vel lentibus. s.
in milio melius.

De oppoponaco

Dico ꝙ oppoponacū est gūmi plante si/
milis ferule. Melius ex eo est citrinum
⁊ subalbidum interius. ⁊ ꝙ est amaꝝ ⁊ ꝙ ē
frangibile ⁊ quod facile dissoluitur in aqua
⁊ aliqui adulterāt ipsum cum armoniaco.
sed odoret albedo fracture deocultant fal
laciam. Et melior pars plāte eius est gūmi
eius. deinde radix ipsius est calia. ⁊ sic in
tertio. radix eius in secundo. Nocet stoma
co faciens sitim. ⁊ est tarde operationis. de
rectificatione aūt ipsius ē sicut diximus in
Serapione. Educit flegma grossum ⁊ vis
cosum a partibꝰ remotis ⁊ iūcturis. ⁊ pro
prie mūdificat cerebꝝ ⁊ neruos. Et ꝯfert
egritudibꝰ neruoꝝ fris. ⁊ est ex rebꝰ adden
tibꝰ in visu ſꝫ oēꝫ modū administratōis eiꝰ
⁊ mūdificat pectus. ⁊ cōfert tussi ātique. ⁊
est medicamē exptū rigoribus febrium. ⁊ p
prie bibitū cū aceto ante horā poxismi ⁊ li
nitū in spina ⁊ dissolutū cū succo apij ⁊ oleo
anetino. Dosis eius est a. ʒ. j. usqꝫ ad. ij.
Cōseruatur aūt qnqꝫ uel sex ānis.

De mezereon.

Dico ꝙ mezereon ē plāta apud psᷣes uo
cata rapiēs uitā. ⁊ a qbusdā faciēs uiduas
a pluribꝰ leo terre. Et ē plāta cuius stipes
elleuatur sup terram circiter cubitos duos.
⁊ folia eius sunt silia folijs oliue. ⁊ pducit
grana nigra ī magnitudīe fructus mirti. ⁊
est plāta lacticinioꝝ. Et eius sūt plˀres spēs
sed meliꝰ mezereon est hēns folia magna.
tenuia ⁊ ῡridia. ⁊ quod orit in locis liberis
⁊ ī vicinitate plātaꝝ spēi eius. ⁊ qñ orit ex
eo plāta una in toto ābitu loco eius ē mor/
talis. ⁊ que orit in locis termaꝝ est sicut ue
nenū. ⁊ hēns folia pua ⁊ spissa ē malū. ⁊ si
milr habēs crispa ⁊ aspa. ⁊ estꝙ sub nigrū
silr est ca. ⁊ sic. in. 4°. ⁊ est pximuꝫ veneno
nocēs membris pncipalibꝰ que sūt minera
uirtutū. Corrigit aūt eius nocumentū cuꝫ
auxilio reꝝ frangentiū venenositatē ⁊ extre
mā eius debilitatē ⁊ igneitatē. sicut cū olˀis
fris ⁊ extinctiuis. sicut ē mucillago psillij ⁊
succus portulace. ⁊ succus endiuie proprie.

Diascorides aūt infundit folia eiꝰ in ace
to p diem vnum. ⁊ exsiccantur ⁊ frangit cū
arte hac ipsiꝰ virtus inflamabilis. ⁊ ex rebꝰ
adhuc emendātibus ⁊ remouentibꝰ maliciā
eius est vt fundant folia eius in lacte dulci
sumpto ex asina. aut capris. ⁊ qñqꝫ ponunt
folia mezereon in aqua lactis ⁊ bulliāt cuꝫ
facilitate. ⁊ auffert spuma eiꝰ. ⁊ collat ⁊ pro
pinatur cum securitate. Et nota ꝙ folia
mezereon parūm substinent de decoctione.
⁊ contritio laboriosa destruit virtutem eius

Expellūt aūt nocumenta eius a corpore
aqua ordei ⁊ aqua passulaꝝ. ueꝝ aqua endi
uie. ⁊ altarasacon aufferunt inflāmationem
relictā ab eo in corpore. Educit aūt aquā
citrinam cū fortitudine vehementer. Et
mezereon inūctum cuꝫ rebus educentibus
mlˀiam educit eam. ⁊ cū rebus educentibus
flegma educit ipsum.

Dosis eius est a. ʒ. ς. vsqꝫ ad. j. ⁊ hoc
in decoctionibus. puluis eiꝰ a kirat. ij. vsqꝫ
ad. v. Conseruat aūt ānis duobus uel tri
bus si a caliditate aeris preseruet ne resol
uatur uirtus eius. Et si querat que dr̄a
est inter mezereon ⁊ laureolam. Dico ꝙ est
magna differentia. naꝫ mezereon est planta
lacticinia. ⁊ dicit alio noie oliuella. ſꝫ laure
ola est arbustum ⁊ nō habet lac. ⁊ folia me
zereon sunt similia folijs oliue. sed sunt mi
nora. ⁊ habēt lac. ſꝫ folia laureole sunt simi
lia folijs lauri. ⁊ nō est cocognidiū ut patet
per Serapionē in suo libro de simplicibus
cap°. de mezereon. ⁊ in cap°. ꝺ laureola uo
cat eam daffiniden.

De esula.

Dico ꝙ alscebram est spēs lacticinioruꝫ
⁊ alio noie dicit esula. ⁊ est solutiuū rustico
rum. ⁊ eius aliud est magnū habēs radices
rotundas ⁊ grossas. spissi corticis. dempsi.
⁊ pōderosi. Aliud est paruū habēs radices
subtiles. tenuis corticis. Magnū est malū
scindens uiscera. paruū uero est illud quod
elligit. Melior pars eius est cortex radi
cis ipsius. ⁊ habens pprietates quinqꝫ bo
nas. s. cuius cortex sit subtilior ⁊ leuior. et
facile frangit. ⁊ est habens de rubedine ali
qd. sicut radices cassie lignee ⁊ illa ē bona
super quā preterijt medietas āni. ⁊ recens
mensis sui est mala. Nigra vero ē pniciosa

⁊ orta in

⁊ orta in locis termaꝝ. ⁊ melius tēpus col/
lectionis ipsius est principiū veris. ⁊ collec
tio lactis eius est finis veris. ⁊ est ca. cōplo/
nis ⁊ sic. in pncipio tertij. ⁊ lac eius est ca.
⁊ disrūpit orificia venaꝝ. ita vt sāguinē ma
nare faciat. Nocet cordi stomaco ⁊ epati
disrūpit venas ⁊ excoriat viscera. ⁊ relinqt
in corpore inflāmationes cū hoc faciēs ca/
dere i febres. Et corrigit ⁊ emendat. Pri
muꝫ nocumentū quod ex eo timet pmiscē
do cū eo aliquas ex medicinis cordialibus
⁊ stomaticis ⁊ epaticis. Secundū vero ⁊
tertium nocumentū corrigit acquirendo ei
bonitatē cū cōglutiantibus ⁊ cōsolidantibꝰ
sicut est dragagantū pprie ⁊ gūmi ⁊ bdelli
um ⁊ mucillago psillij ⁊ sucus portulace ⁊
similia. Quartum vero nocumentum eius
tollit pmiscendo sił ex rebus refrigerātibus
⁊ extinguētibus aliquas ex hoc facientibus
apud me est vt infundant in succo alterara
con. aut in succo endiuie. ⁊ pauco aceto aut
succo portulace. aut solatri. ⁊ aceto. Et di/
xit ruffus quod si solutio per ipsuꝫ supfluat
aut laboriose fiat. sedeat solutus in aqua fri
gida. Michi quoqꝫ videt verbū incōueni
ens. Circunstans. n. frigidū includit ⁊ adu
nat virtutem medicine ⁊ corrodorat eā. nec
nō ⁊ mās ad viam expulsiōis expellit sicut
te scire fecimus. sed succurēdum est tunc si
cut in canone diximus. educit flegma vehe
ment ⁊ aquā citrinā ⁊ hūores melācolicos
⁊ mās a iūcturis. ⁊ cōfert doloribus earuꝫ
⁊ est ex medicinis magnis ydropisis. sꝫ no
cet epati ⁊ desiccat corpus vtens eo. ⁊ cōsu
mit spma ⁊ lac eius facit hec oīa vehement
⁊ facit eadē in febres. Dos corticis radicis
ē a. kirat. ij. vsqꝫ ad. vij. ⁊ lactis eiꝰ a kirat
. i. vsqꝫ ad. iij. De luf.

Dico quod luf est plāta que dicit colluꝫ
draconis. ⁊ alio noīe serpentaria uel dragō
tea ⁊ colubnaria. ⁊ aliqua hēt folia plana.
⁊ alia crispa. ⁊ radix plane est exterius ad
nigredinē attinēs. Interius vero alba est.
melior pars totius plāte est radix. Et me
lior radix est grossa cōpleta ⁊ orta in locis
liberis. ⁊ melius tpūs collectionis eius est
uer. ⁊ pncipiū estatis. Dicit dya. quod cris
pa calidior est plana. Et dicit ruffus quod
plana ca. est in priº. Crispa vero in secundo
utraqꝫ nocet stomaco acuitate sua ⁊ epati.
Tollunt aūt nocumenta predicta si detur
cū rob. aut cū melle passulaꝝ ⁊ spetiebus
allesanginis. educit flegma subtile ⁊ grossuꝫ
mūdificat ⁊ cōfortat renes. puocat vrinam
excitat coituꝫ. ⁊ valet pectori ⁊ pulmoni. ⁊
est cōtra asma ⁊ tussim ex habundātia hu
moris viscosi ⁊ pprie si fiat loboc ex succo
eius cū melle ⁊ rob. Dosis eius est a. ʒ. iij.
usqꝫ ad. v. Cōseruat aūt radix eius ānis
duobus. De fesira.

Dico ꝙ fesira est plāta quā quidā vocāt
vitem albā. cuius radix est terrei uel cineri
cei coloris exterius. Interius uero alba ⁊
ellevatur sup radicē ipsius stipitis multorū
inuolutionū sup alias arbores. ⁊ nascunt
sup ea botri vuaꝝ. ⁊ uocat vue lupine. ⁊ sti
pes eius feresim. cuius radix ē cinericia ex
terius ⁊ interius alba. nō tn̄ albedine poris
⁊ uocat cucurbita reptiliū. Fesire fꝫ dya.
est ca. ⁊ sic. in tertio. habet nocumēta serpē
tarie. ⁊ ideo fesire rectificant sicut luf. utri/
usqꝫ radix ⁊ pprie succus eius educit fleg/
ma ⁊ puocat vrinā ⁊ mūdificat cerebruꝫ ⁊
neruos ⁊ mēbra anhelitus a supfluitatibus
flegmaticis ⁊ putridis ⁊ apit opillationes
visceꝝ ⁊ renū. ⁊ cōfert fm oēm modū admi
nistrationis eius. ⁊ cōfert epilensie ⁊ verti/
gini ⁊ tussi ⁊ asmati manifeste ⁊ dolori late
rum. ⁊ comedit tallus eius in primis dum
crescit. ⁊ est tenera. sorbitiones facte ex suc
co eius ⁊ frumento cocto ⁊ melle facit exu
berare lac. ⁊ sił sedē in decoctōe eiꝰ mūdifi
cat matricē ⁊ facit aborsum. ⁊ etiā suppo
sitū comestū. Radix quoqꝫ eius ⁊ succus
eius abstergit faciē ⁊ feditatē cutis ⁊ pan/
num ⁊ uestigia q̄ remāserūt post. ⁊ proprie
cum farina ciceꝝ ⁊ fabaꝝ. Dosis aūt radi
cis alfesire est ab aur. i. vsqꝫ ad. ij. Et succi
eius a. ʒ. i. usqꝫ ad. ij. Conseruat aūt eiꝰ ra
dix duobus ānis ⁊ vltra.

De arthanita.

Dico ꝙ arthanita est panis alkirat vel
panis porcinꝰ siue pomūterre. Et ab alijs
dicit panis fauni. ⁊ ab alijs dicit ciclamen
⁊ inuenit ex eo magnū ⁊ paruū. Magna
aūt radix est in modū rape rotunde. Cuiꝰ
ps exterior est sicut terra nigra. Interius
uero alba ⁊ elleuant sup radices eius frō/
des ⁊ flores fm semitā violaꝝ subalbidaꝝ
sine elleuatione stipitis. i. tursi supra radicē
paꝝ habet radices supterraneas plures in
modū auellane ⁊ ciceꝝ. est ca. complonis ⁊
sic. in principio tertij. Et incisiuū subtilia
tiuū ⁊ calefactiuū resolutiuū abstersiuuꝫ ⁊

mundificatiuū τ aperitiuū opillationū. τ ē ex reb⁹ sudorē exuberare facientibus. τ ex maxie mūdificātibus cutim. τ resoluētibus feditatē eius. dicit Serapio φ corrigit̃ sicut luſ τ alsesera. educit flegma mucillaginosū sumptuȝ τ suppositū. τ etiā linitū sup semē τ yllia τ parteſ adiacētes. τ est medicia experta ad yctericiā tali mō. Accipe succi ei⁹ ʒ. iiij. dissolue cū zucc. τ coque vsqȝ ad tertiā partē ꝓpinet̃ in mane. τ est medicina certa ad yctericiā. Et dicit grecus succus ei⁹ cū ydromelle aut oximelle. τ ꝓprie ↄ quolibet añ. partes equales cocte ſm supiorē doctrinam. est nāqȝ medicina expta ad yctericiā citrinā vertens in uaporē fumū τ sudorem mām eius. τ ꝓprie succus eius cū secbeniabin aut mellicrato. sed opoꝛtet ut sumēs cobopiat̃ multū. τ sudet sudore uebemēte τ citrino. Cōfert egritudinibus cerebri flāticiſ. τ ꝓpe si fiat caputpurgiū. τ ꝯfert ad emigraneā frigidā. Et ēplastrata cōfert colice τ cōfert sode torture τ palesi. τ mūdificat caput τ occulos. τ confert duriciei splenis ſm oēm modū administrationis eius. τ cōfert scropbulis τ alijs apātibus. τ ualde ꝓuocat mēstrua. τ maxie apit orificia emoroydaȝ. τ dicit̃ φ si suspēdat̃ in collo mulieris ꝯcipit. τ linit̃ ex ea anus. τ cōfert egressioni eius. Dos̃ eiuſ ab auř. ij. usȝ ad. ʒ. iiij. τ ꝓprie succus eius. Raro cōseruat̃ succus. qꝛ recēs est melioꝛ in omni euentu.

De aristologia.

Dico φ aristologie tres sunt spēs. s. longa. rotūda. τ alia radix. Cuius currit ſm semitā plamitū vitis oēs spēs eius sunt ca. in ꝑncipio tertij sicce in secūdo. videt̃ φ lōga sit calidioꝛ q̄uis eius terreitas vincat super freitatē rotūde. τ est tñ utraqȝ apitiua opillationū resolutiua. attractiua. τ attrabens spinas τ fracturas lignoꝝ infixas carui. Nocet visceribus in soluēdo τ retificatur ut luſ. de decoctiōe τ trituratiōe rē plenam substinet. Educit supfluitates flāticaſ τ etiā colericas ſm aliquos. τ est ex rebus maxie mūdificātibus pulmonē τ pectus a a flāte τ putredinib⁹. τ cōfert iuuamentum māifestū asmati τ tussi ſm oēm modū administratiōis ei⁹. Et rotūda est ex reb⁹ mūdificantibus cerebꝝ cōferēſ epilēsie. cōfert ēt stomaco remouēs singulta ventosa. τ sedat doloꝛes oēs a uētositatibus in vlceribus. τ auffert opillationes splenis. τ ventositates in ipso. τ ꝓprie rotūda. τ est medicina rigori febriū. Dosis eius est a. ʒ. i. usqȝ ad auř. i. Cōseruat̃ aūt ānis tribus τ vltra.

De abelmesuch.

